

syn geweest dat men de patienten niet en cost opt seggen van den misdadiger tot de torture brengen, van al waert dat hy er op gestorven waere, door dien hem van eest ent aff indifferent heeft gesproken ende beticht soo wel geusen als catholiken. Enfin soo heeft de patient noch beschuldigt syn moeder ende suster, diewelcke daerby commende gehaelt synde veel soldaeten, naer een weynich daer by persisterende heeft ten lesten hun ende allen de rest ontschuldicht ende is op den 28 April gehangen, ende de selve dach syn de gevangenen ontslaegen. Daer is veel aff te seggen geweest ende ooc omdat de misdadiger catholiek is gestorven.

Dan Godt ist bekend hoe dat alle die dingen te werck syn gegaen. Die oock het selve tot een goet ent heeft gebrocht. Aen Hem moet gegeven sijn alle loff.

* * *

PRAEMONSTRATENSIA HUNGARICA

H ó m a n Bálint, *Magyar Történet*. I-II. Budapest. 1928-30. *Historiae Hungariae auctoris Valentini Hóman usque ac hunc diem duo volumina prodierunt in lucem. In his de rebus gestis usque ad initium saeculi XIV., inter quas etiam de ordine Praemonstratensium, eius in Hungaria fundatione monasteriisque agitur.*

Bis in opere citato de ordine Praemonstratensium agitur. In vol. I. p. 393 quattuor : *Garáb, Nagyolasz, Türje, Váradelöfok* iam saec. XII. florentes praepositurae enumerantur ; in vol. II. p. 184 et s. ubi monasteria saec. XIII. fundata invenies.

Quod ad ea, quae in vol. I. continentur attinet, notandum :

- 1) *Garáb*. Hóman unacum Pauler et Karácsonyi persuasum habet, hoc esse antiquissimum ordinis in Hungaria monasterium, annum autem eius fundationis esse circa 1178 dicens errat. A Karácsonyi ¹⁾ enim iam demonstratum est, annum fundationis esse inter 1170-76, eodemque tempore demonstravi monasterium fundatum ²⁾ esse a. 1171.
- 2) *Nagyolasz*. Monasterium ante 1179, sed post *Garáb* fundatum, a Jul. Pauler, fiso diplomate in Annalibus Ordinis Praem. I. CCCCX. publici juris facto, Praemonstratense declaratur, a

1) *Turul.*, 1927. 1.

2) *Analecta Praem.*, 1928, 85-88.

P. Sörös Benedictinum. Ab Hóman in vol. I. p. 393. Praemonstratense, in vol. II. Benedictum dicitur.

- 3) Fere idem dicendum de Túrje. In vol. I. monasterium fundatur exeunte saec. XII., in vol. II. — rectissime — saec. XIII.

Adhuc anno 1636 haud ignotum erat, a quo praepositura in Túrje fundata esset, Mathiae Santich ³⁾, eiusdem Monasterii praeposito. Procul dubio, faventibus literis de fundatione praepositurae in Bozók agentibus, orta est fabula confusa, Lambertum, S. Ladislai regis nepotem monasterii de Túrje fundatorem fuisse.

In pariete refectorii aestivalis in Túrje a. 1787 legi poterat : ⁴⁾

« Quas furor haereseos destruxit aedes,

Praemonstratensis reddidit Ordo novas.

Has Comes a Lambert Tyrle fundaverat olim 1184.

De S. Gerardo plura bona attribuit 1247.

Hagymási tandem truculentus abire coegit 1543.

Adám de Batthyán fecit adire Comes. 1703. »

Fabulam publici juris fecit Demetrius Laky, in Schematismo Csornensi, anno 1857 edito et inde impune vagari cepit in literatura. Ex hoc fonte hauriunt Czinár et Rupp, imo et Waefelghem, auctor operis, 1929. Bruxelles editi. Econverso :

- 1) Extant litterae donationales (fundationales) praepositurae Túrjensis ⁵⁾.
- 2) Extat approbatio pontificis ⁶⁾ maximi data a. 1260, quae omnia Dyonisium, banum tradunt fundatorum.
- 4) In vol. II. duae praepositurae enumerantur in Felsöör, quarum una pertineret ad nostrum Ordinem, altera ad ordinem Hospitalariorum seu Cruciferorum S. Johannis Hierosolomytani.

Unum tamen fuisse ibi monasterium, iam probatum est a Remigio Békefi ⁷⁾ idque capitulum collegiatum, uti apparet ex elencho diplomatibus correcto titulorum abbatum et praepositorum in Hungaria.

3) Protestatio Mathiae Santich coram Capitulo Castriferrei (Arch. in Körmend, Alm. I. f. 29. n. 70.) « illustrissimum quondam Comitem Dyonisium, banum de S. Gerardo primum, et principem fundatorem, auctorem et patronum, fuisse. »

4) Arch. Praep. in Csorna. : f. 76. n. 4. et Memorabilia Praep. Túrjensis, 134. (in Túrje).

5) Diplom. Zaladiense, I. 18.

6) Codex dipl. Patrius, VII. 60.

7) Békefi R., A Balaton környékének egyházai és várai a középkorban.

- 5) Praepositura Praemonstratensis in Rohoncz, cuius primus in literatura Hungarica cardinalis Petrus Pézmány sub nomine Rocheniti, citans Layruelium scriptorem initio saec. XVII. meminit, nunquam extitit.

In dubio erat iam Danielik ⁸⁾. Diploma nullum superest. Fieri potest, ut idem sit ac conventus Rahonczensis, quem et Elenchus episcoporum et Col. Juhász ⁹⁾ Cisterciensem fuisse dicit. Certum est Michaellem Prodinszky ¹⁰⁾ parochum in Rohoncz a. 1668 etiam praepositum Türjensem fuisse sed hoc factum est post Petrum Pázmány et ita nullas potuit habere partes in errore Pazmaneano.

- 6) Monasterium de Zsidó Hóman — probabiliter sententiam Csánki ¹¹⁾ secutus — Praemonstratense fuisse dicit.

At nec in Catalogo episcopali, nec in diplomatibus a Csánki allatis, quae tantum de monasterio, sed nunquam de monasterio Ord. Praemonstratensis loquuntur, fit mentio, cuius ordinis fuerit.

- 7) An Horpács monasterium fuerit Praemonstratense saltem dubitare licet. 1) Non invenitur enim in Catalogo ¹²⁾, ubi monasteria circariae Hungaricae ord. Praem. enumerantur, et 2) nullum invenimus diploma medii aevi, de praepositura Horpács.
- 8) Fere idem dicendum de monasterio Pétermonostor. Bunyitay, quem sequitur Hóman, dicit Praemonstratense, Catalogus episcopalis tacet, mihi vero prorsus ignotus est diploma, quod id Praemonstratense affirmet.

Comptum habeo, monographias ordinem Praemonstratensium tractantes in saeculis elapsis, ut in plerisque ordinibus auctori non fuisse praesto, attamen cum verendum sit, ne tanti auctoris nomine favente errores inter viros rectos pervulgentur, permaneatque, magis amicus veri, quam viri haec libens animadverti.

HORVATH Tibor Antal.

8) Danielik, *A prémontreiek*, 325. 10.

9) Juhász K., *Die Stifte der Tschanader Diözese im Mittelalter*, 88. ss.

10) Ach. capituli Castriferrei in Szombathely, Eccl. et familiares: f. 50.

11) Csánki D., *Magyarország történeti földrajza*, I. 37.

12) Waefeghem, *Répertoire*: 346.